

accesserunt et tenuerunt pedes eius. ubi iterum est indulgentia septennis.
Et quia nocte subsequenti in templū dominici sepulchri eramus intromittendi. intra
reterem cōsuetudinem paululum nos dedimus quieti. in hōspitali manentes prefato
ad paucas horas.

Et nota q̄ civitas Hierusalē sita est in loco multum eminenti. et de ea videtur tota Ara
bia et mons Abarim et Iacob. et phasga planicies Jordani et Jericho et mare mor
tuum usq; ad petram deserti. Nec vidi civitatem sive locum qui pulchriorem haberet pro
spectum. Ad ipsam autem ascenditur ab omni parte. quia sita est in loco altiori qui est in
terra illa preter q̄ Sylo que distat ab ea per duas leucas.



De ingressu in templum dominici sepulchri. et processione inibi facta
ad loca sacra.

Ie. xiiij. Julij hora vespere in ipm venerandū dñici sepulchri templū a pa
ganis id est rectorib; ipi civitatis sancte Hierosolyme suim admissi et nu
merati. ostijs p̄ eos aptis. p̄ qua re unusquisque nostrū quinq; exolutus ducatos
nec unq; alias hoc aperit templū ab eis. nisi vel ppter aduenientes pegrinos
vel fratres mutandos qui ibi p custodia deputant. Doceq; nobis intromissis templū
clauerūt aut nobiscū Gardianus ip̄e et plures suorū cōfratū. Quāprimum

autem deuotus quisque christianus vel peregrinus in templum hoc pedem posuerit. plena
riam consequitur remissionem.

Est autem hec dispositio templi eiusdem sacratissimi. Ecclesia ipsa rotunda est. et habet per
diametrum inter columnas. lxxij. pedes. absidesque quae habent per circumferentiam a muro exteriori ecclesie decem pedes super sepulchrum domini. super quod in mediu[m] eiusdem ecclesie est apertura
rotunda ita ut tota crypta sancti sepulchri sit sub diuino. Calvary autem ecclesia adhuc ret
istit. et est oblonga loco chori ecclesie sancti sepulchri adiuncta. sed parvus dimissior. sunt
tamen ambo sub uno tecto. Spelunca in qua est sepulchrum domini habet in longitudine octo
pedes. in latitudine similiter octo undique. tecta marmore exteriori. sed interiori est rupes
una sicut fuit tempore sepulture. Ostium ad hanc speluncam intrat ab oriente demissum
valde et parvum. Tumba vero sancti sepulchri est ad dexteram intrantis iuxta parietem ad
septentrionem de marmore grisei coloris. alta a superficie pavimenti tribus palmis. longa
pedibus octo. sicut est interioris ipsa crypta sive spelunca. et ex omni parte clausa nec lumine po-
test haberi intrinsecus ab extrinsecō. quia nulla fenestra est mittens lumen intus sed pendet
nouæ lampades super sepulchrum domini ministrantes lumen intus. Alia etiam spelunca est ante
speluncam istam scilicet sepulchri eiusdem longitudinis et latitudinis et dispositoris interius et extra
et evidenter iste due extra existenti esse una. sed cum interior fuerit videbis eas ab invicem pa-
riete per mediū separatas. Intrat autem prima ista et deinde alia in qua est sepulchrum. in ista
exteriori intrauenient mulieres quae dicuntur. Quis reueluet nobis lapidem? Et iste lapis
erat adiolutus ostium speluncæ interioris et iacet hodie magna pars eius ante ostium speluncæ
interioris. cui fuerit adiolutus in medio istius. Alia pars eius translata est in montem
syon per lapide supponendo altari quem etiam ibi vidi. Mons calvarie in quo dominus crucifixus est
dislocatus a loco sepulchri per septingentes pedes. et ascendens ad locum ubi crux infixa fuit rupi
decem et octo pedes a superficie pavimenti ecclesie. scissio petre eiusdem in qua crux fuit fixa.
tante capacitate est ut caput hois recipiat. Nam ego in ea imponui caput meum et descendit
longitudo eius de loco crucis infixionis usque ad pavimentum ecclesie inferius post de-
cem octo pedes. et color sanguinis domini nostri Iesu Christi apparet hodie in ipsa scissione pe-
tre. et scissio ipsa erat sub manu eius sinistra. Altare enim edificatum est iuxta eundem locum ma-
nus sinistra valde decorum et pulchrum. De marmore pavimentum huius capellule stratum est
tonus et parietes de marmore sunt tecti et opere musino decorati de auro purissimo. Locus
vero in quo crux fixa est. est fossa profunda duabus palmis et ita capax quod in ea posui ca-
put meum. De calvaria pars orientis vigintiquatuor pedibus est altare quoddam sub quo est
pars columnæ. super quam dominus fuit flagellatus illuc translata de domo pylati. et sub lapide
altaris est tecta ita ut a fidelibus possit tangi et videri et osculari. Est autem de lapide por-
firico subnigro habens maculas quasdam rubeas naturaliter. quas credit vulgus tincturas esse sanguinis Iesu Christi. Alia pars columnæ dicuntur translata esse in Constantiopo-
lum. De altari columnæ huius contra orientem ad decem pedes. descendens per gradus quadra-
ginta octo. ad locum ubi ab Helena fuit crux inuenta. Et est ibi capella. et duo altaria lon-
ge infra terram. Ille locus in quo crux fuit defossa videtur mihi fuisse unum de fossatis ciuitatis
in quo crucis depositis corporibus missis fuerunt. et desuper sorores ciuitatis portatae do-
nec per Helenam loco mundato crux est inuenta. Prope ciuitatem enim erat locus passionis. et
ortus in loco illo. Locus vero ubi stetit beata virgo cum mulieribus altis iuxta crucem non
fuit sub ipso brachio crucis ad aquilonem sicut volvit quidam. sed ante faciem filii fere ad occi-
dente. Monstrans enim locus stationis eius pars facie filii pendens in cruce sub monte
et rupe. in qua crux fuit fixa. et veneracioni habebat a fidelibus. quem locum etiam plurimes vidi.
Ipsa enim Christus in cruce pendens facie vertit contra occidente ut volvit quidam. quod prout ex eo
quod vorago illa magna de qua dictum est supra. quod fuit ab occidente per fossilata ciuitatis erat res-
tro crucem. et in ipsa erat crux. picta et postmodum invenita. ut dictum est paulo ante. Multa al-
tariorum sunt in ecclesia ista et deceter. posita et ornata. Ante ostium occidentale huius ecclesie
forsis. est locus ubi maria egypciaca orans ante imaginem beate virginis cum divinitus re-
mota fuisset volens intrare templum consolationem per responsum beate virginis recepit. Reliq-
uia locorum huius quod nocte hac precedentibus fratribus minoribus et demostribus. processio
haliter circueuntur. deuote visitantium sunt hec ut magis in specie explicent. e iiiij

In primis capella dñici sepulchri de qua iam habitu est.
Deinde capella quedā in honore virginis gloriose Marie cōsecrata quā Gardianus et
fratres sui ingressi sacris se vestib⁹ induerūt et iterū solennē pcessione cū letania incho-
auerunt quod nos sequebamur euestigio ad summū altare eiusdē capelle accedentes.
Est enī ibi loc⁹ ille rbi xp̄s primū oīm sue dilectissime post resurrectiōz apparuit matri.
Item in eadē capella est frustū quoddā sive ps columne ad quā xp̄s ligatus fuit in do-
mo pilati flagellatus et est indul. ibi ple. z̄c. Aliud quoddā eiusdem columnae frustum
equalis magnitudinis est Rhome ad sanctā Praxedē Item aliud simile frustum est lug-
duni in ecclesia majori. Item aliud est altare in dicta capella ad sinistrā maioris altaris.
vbi longo t̄p̄ sancta crux stetit integra et tota postq; a sancta Helena fuit inuēta. Estq;
ibi pars quedā eiusdem sancte crucis reseruata. Ibi est indul. septen. Item in medio illius
capelle est lapis quidā rotundus ex marmore et est ibi loc⁹ vbi dñica crux superposita
cūdā mulieri defuncte per eius resuscitationē a ceteris fuit discreta que ibi etiā repente
fuerunt et est ibi indulgentia septen. Item ipam egressi capellā duos altos ex marmore reperimus lapides albos et rotun-
dos in quoꝝ altero est locus vbi xp̄s post suā resurrectionē apparuit marie magdalene
in specie ornatilani. in altero vero locus vbi ipa stetit quando noīe suo vocata respondit.
Raboni z̄c. Ibi iterū est indulgentia septen.
Inde pcedendo in templo. alia quandā intrauiimus capellā in rupe quadā edificatam.
vnū habentē altare dumtaxat. ibi est locus ille vbi christus mansit detētus donec crux
sibi pararetur. Ibi iterū indulgentia est septen. z̄c.
Inde ppe alia est quedā capella vnicū habēs altare. ibi est loc⁹ ille vbi crucifixores xp̄i
diuiserūt sibi vestimenta sua. sorte mittētes sup ea. Et est iterū septen. indul.
Inde per triginta gradus lapideos. in aliā quandā descendimus capellā sancte Hele-
ne titulo pnotatā. vbi etiā ipa suas exegit deuotōes ibi manēs post lancē crucis inuen-
tionē. Ibi etiā est locus quē ipa fecit effodi vbi sancta crux latebat. et fuit ibidē pr̄ indulgentia septen. dūtaxat. sed Sicutis papa. iiii. dedit ibidē plenariā remissionē z̄c.
Inde adhuc p vndeicim gradus descendim⁹ in rupē quandā. et est ibi spelunca viginti
duos in longitudine habēs pedes. et illic crux sancta. lancea qz et clavi atq; corona spi-
nea reperta fuerūt. anno post xp̄i passionē tricentēsimoseptimo. et est ibi plenaria remis-
sio z̄c. Ex hoc vero lacu ascendimus. atq; pcedendo accessimus ad quoddāz altare in
templo. sub quo lapis quidā est ad modū columne. sup quē xp̄s sedit i ptorio pilati. qn
fuit coronatus spinea corona. derisus et oblit⁹ spuriis z̄c. et est ibi indul. sep.
Inde adhuc ascendētes per gradus decē et octo. in monte venimus Caluarie. vbi xp̄s
fuit crucifixus. et est ibi pulchra quedā capella testudinata. et sunt ibi semp. ti. lampas
ardentes. coꝝ locus valde sit sacer et venerabilis.
Ibi etiā est foramen in quo crux stetit in petra excisum. habēs triū palmarū. profunditatē
latitudinē vero hodie nōnisi palme vnius. coꝝ lamina quadā cuprea circundatū sit ne
aliquid inde subtrahi possit. Ibi etiā spacio septē palmarū de loco sinistri brachij xp̄i pen-
dents in cruce. et scissura magna in petra ita vt homo in eam possit locari. q scissura per
ipam petrā vslq; subtilis terrā facta fuit. xp̄o moriente in cruce. Vbi etiam gloria virgo
Mariā. sanctus Johannes. et sancta maria magdalena vna cū ceteris sanctis mulier-
ibus steterūt paulo inferius tpe xp̄i passionis et mortis. et est ibi plenaria remissio z̄c.
Sub monte calugrie descendendo ad sinistrā est alia quedā capella in honore virginis
marie et sancti Johānis cōsecrata. in loco golgatha dicto. vbi etiā pdicta vidēt scissura
descendēs a sursum vt dictū est per petrā totā vslq; infra terrā deorsum. Ibi etiā inuen-
tum fuit caput pth oparentis nostris Ade. et est ibi indulgentia septen. z̄c. Nec cū p-
cessione descendit vslq; ad illū locū. De mōte vero caluarie ad locū illū pcessimus albo
quidā lapide designatū. vbi virgo maria mater dolorosa sedit. habēs in gremio mor-
tuū filii sūi corpus depositū de cruce. mox sepulture tradendū. et est ibi ple. remissio.
Tandem cum pcessione in supra memoratā venerabilē intrauiimus capellam. amplā et
rotundam. in cuius medio gloriosum est dominicū sepulchrum. et lapis ille quo ipsum
sepulchrum cludebatur est in ecclesia sancti Saluatoris. vt supra est habitum. Sunt

autem in domino sepulchro. xvij. lampades semper ardentes. et ante sepulchrum ubi est quas
quedam parvula capella semper tres habentes accense lucerne. et est ibi plenaria omnium peccatorum remissio.

Inde egressi reuertebamur in priorē capellam virginis marie honore celebrē. et unde
initium huius fuit processio. ibi et finis.

Postea ipsa finita processio. quisque corpus suum cibis et potu reficiens. per reliquā noctis
partē iunctavotū suū et libitū ibat hincinde ad loca sacra intra templū visitatū. Et depu-
tatis cōfessoribz cōfitebantur singuli peccata sua. illucescente die in aurora cōmunicatū.
Erat autē dies hec. xiiij. Iulij. quādo sub missa solenniter cantata in monte caluarie pere-
grini cōmunicabant. Ego vero una cum nobilibus comitibz et baronibz in nocte ipsa
intra dominicū cōmunicauimus sepulchru m̄. tē.

De egressu ex templo domini sepulchri et locis alijs sacris
intra Hierusalem.

Ipsa omnibus peractis orto iam sole et clarus refulgentē die vīcī terciadeci-
ma Iulij. apertis templi ostijs per paganos qui nos intromiserāt euocaban-
tur. exēentes ergo vidimus sepulchra christianoꝝ regū versus meridiē in
templo vīcī regis Melchisedech. et regis waldañi. Item ducis Hotfridi de
bulion primi regis Hierosolymitani. cui septē alii in eodē regno immediate successerūt
qui et ibi sepulti sunt oēs honorifice satis. Quippe qui Hierosolyma et terra sancta re-
cupera gloriolū clariorū victorijs et triumphis. regnū ipm Hierosolymitanū ere-
ptum de manibz perfidorū per. lxxviii. annos. et xix. dies successive administrates.
donec sub eorū ultimo videlicet Guidone iterum iudicione redactū fuit ut hodie est sar-
racenorum ut infra latius patebit.

Item in templo in medio chori. quidam ostendit lapis modicū elenatus a terra. ro-
tundum habens forāmē. latitudinis palme vnius. vel paulominus. vbi dicitur esse cen-
trum habitabilis terre.

Sunt etiam intra templum diuise hominū nationes. in locis hincinde distinctis ha-
bitantes. habentes alios et alios ritus et mores. atq; obseruationes ac ceremonias di-
spares procul. qui omnes se christianos gloriant. pluribus tamē inuoluti erroribus
et heresibus. de quibus plenius infra differemus. Sunt autem ante templū tres capel-
le. quarum prima in honore omnium angelorum. altera sancti Jobannis baptiste. tercia
marie magdalene est cōsacrata. et est in qualibet earum indulgentia septennis cum to-
tidem carenis.

Item prope templum retro montē caluarie. petra quedam lata ostendit. super quam
dicitur Abraam filium suum Isaac voluisse immolasse. et illic prope est oīna quedam
peruetusta. in qua Abraam circumspicēs. vidit arietem herentem cornibus. quem acci-
piens. ad iussum angeli immolauit loco filij sui Isaac.

Inde nō longe in muro templi monstrat altare immuratum. sup quo Melchisedech ob-
tulit sacrificiū suū. presignas q̄rīq; per christū. verū illic sacrificiū in cruce offerendū.

Item ante templū ad decē passus. est lapis quidam positus in signū q̄ christus ibi crucē
bāculans. pre armenta et debilitate cecidit in terrā sub cruce. alius quoq; lapis ostendit
prope murū qui adhuc sanguinis christi vestigia et insignia prefert.

In crastino id est die. xiiij. Iulij. sacra visitauimus loca. precedentibus et ostendentibz
nobis Gardiano et aliquibus fratribus eius. audita prius missa in hospitali sancti Jo-
hannis. itaq; pcedentes per viam illā longā. per quā et christus de domo pilati usq; ad
crucifixionis locū ductus est. ad subscripta ex ordine deuenimus loca.

Item ad domū sancte Veronice que ad passus quingētos et quinquaginta distat a do-
mo pilati. vbi xps eius peplo imaginē facie sue impressit q̄ hodie rhome habet.

Item ad domū dantis epulonis qui sepultus est in inferno.

Item ad quoddā biuum vbi multe mulieres stabant. que dominū lamentabant dum
duceretur ad mortē. quibus et dicit. nolite flere super me filie Hierusalem. sed sup vos
ipas flete et super filios vestros.

Item iterū ad quoddā biuum. vbi est loc⁹ in quo iudei angariauerūt Symonē cyreneū

renientem de villa ut tolleret crucem post Iesum.

Item ad locum ubi beata virgo stetit quoniam filio suo obuiauit crucem portanti. ubi et p' nimio dolore amens fuit effecta. In eodem loco sancta Helena ecclesia quandam edificavit. que omnino desolata hodie cernit et destruta. Nec tamen aliquis paganorum in eodem loco edificare per diuinum ut credit miraculo. nam id sepius attentatum est: et semper copertum quod nulla ibi potest manere structura.

Item ad quandam stratam sive vicum. ubi arcus lapideus stat superpositus vie. super quem duo videntur lapides albi et lati. in quo et altero Christus stetit quoniam mortuus fuit adiudicatus. In altero vero pylatus quando in eum sententia tulit ut crucifigeretur.

Item ad domum pylati in qua Christus fuit flagellatus. ligatus. percussus. coronatus. et multis alijs iniurijs et obprobrijs affectus. nec aliquis peregrinorum in domum illam intravit nisi forte ex gratia et favore speciali. et seorsum atque occulte. quo modo et ego cum paucis nobilibus intrare suimus promissi pecunias datis.

Item ad domum Herodis quod est ad sinistram iam dicte domus pylati ascendendo. in quam Christus inductus herodi fuit presentatus. et a iudeis accusatus. ac tandem ab herode spretus. et ueste alba induitus. Et est ibi scola puerorum infidelium. Item ad domum in qua marie magdalene dimissa fuerunt peccata.

Dtemplo Salomonis.

Item ad locum ubi forinsecus vidimus templum Salomonis. ope rotundo. et greco labore fabricatum. altum valde et amplum. plumboque tectum magnis sectis et polinis lapidibus edificatum. Sup ambitum illius templi eclipsis lune posuerunt pagani. sicut solet facere in suis ecclesijs cunctis. in quarum ingressu conter dimidi locant lunam. Et est ante templum illud quedam lata planicies marmoreis lapidibus strata. Prope illud templum est quedam logia ecclesia. plumbo desuper tecta. quondam dicta porticus Salomonis. sed dum Hierusalim subditione fuit christiana ecclesia ipsa a beata virginem marie nomine fuit sortita. ita quod templum marie virginis vocabatur. et habebat in eo Harraceni octingentas lampades semper ardentes. In templo vero Salomonis septingentas. Haec et porticus in magnitudine templi Salomonis excedit. Juxta illud templum modernus Holdanus nouam edificavit ecclesiam sive muschkeam. in qua et ego fui ipsa die sancte Brigidis virginis. et semper. lxxviii. lampades in ea habentes accense. Est ergo mire magnitudinis ecclesia ipsa. Sub ipsa ecclesia beate virginis quod et porticus dicitur Salomonis est structura quedam subterranea. mirabilis et lata. sic quod sexcenti equi comode ibi possent locari. Hanc ecclesiam inhabitat pagani. nec facile permittunt christianos introire.

Item Harraceni templum Salomonis in magno habet honore. nullas in eo immundicias sustinetes. Haec et nudis pedibus illud ingrediuntur. et rupem sanctam appellat non templum domini. et id hoc ratione. quod in medio illius templi rupes est quedam pura. ferro undique cancellata. et sicut nobis retulerunt apostole christiani. quos nos mammelucos cognoscimus. nullus sarracenus aut infidelium eidem rupi aliquatenus audet vel proximitatem appropinquare. Veniunt tamen ipso a longinquis pribus. rupem illam deuotely visitantes. Multa enim magna mirabilia in rupe illa leguntur facta.

In primis namque Melchisedech sacerdos dei summi super eam panem obtulit et vinum. Item iuxta illam Jacob patriarcha dormiuit. viditque in somnis super eam scalam stantem. cui summa celum tangebat. et angelos ascendentes et descendentes per eam. Item dauid vidit super eam angelum dei habentem gladium euaginatum. Item super illam sacerdotes templi holocausta ponebant. que ignis diuinus totaliter absumpserunt.

Item in illa rupi fertur Jeremias prophetarum arcum federis miraculose inclusisse tempore captivitatis Babilonicae. et dixisse spiritu prophetico. locus iste manebit incognitus donec misericordia domini populo suo. Hinc arbitrantur multi arcum eandem adhuc ibi esse inclusam.

Item super illam rupem Christus fuit oblatus quoniam Symeon iustus accepit eum in urynas suas.

Item super eandem ipsum Iesus adhuc duodecim sedit in medio doctorum audiens et interrogans eos. atque postmodum cum esset triginta anno. sepius super eam sedens populo predicanit. De ipso templo Salomonis multa egregia refert scriptura. que non est necesse hic singula explicare.

Deinde venimus ad portam sancti Stephani per quam ipse eductus non longe ab ea fuit lapidatus. Ibi etiam videtur locus ubi sanctus Paulus tunc quidem Saulus stetit quando iudei Stephanum lapidantes, vestimenta sua deposuerunt secus pedes eius. Ibi etiam porta aurea fuit nobis demonstrata, per quam christus in die palmarum sedens in asino Hierusalem intravit. Nec aliqua christianorum accedere eam proprius permittitur, sed quicunque peregrinorum illam prospiciens versus eam orauerit, omnium peccatorum suorum plenaria consequitur remissionem.

De descensu in vallem Josaphat.

In vallem Josaphat descendimus ad torrentem Cedron, qui est iuxta quidem tempore aquis caret, sed verno tempore et presentem circa tempus quadraginta gesimale copiose illis abundat. Pontem habet lapidem in eo loco quem sancta Helena construi fecit, ubi lignum illud iacuit ex quo crux christi facta fuit. Dicitur quod lignum illud fuerit viale siue via per ripam illam quod regina Saba noluit transire, neque pedibus suis ipsum coangere, eo quod cognovisset in spiritu redemptorem mandatum eo passurum.

Inde non procul venimus ad quandam ecclesiam beate virginis titulo et sepulchro insignem, grandem et testudinatam, estque descensus in ea per gradus quadraginta octo, et ibi sepulchrum virginis gloriose ex albo marmore factum paulo latius christi sepulchro. Posteaque ibi celebrari sicut et super sepulchrum christi. Et haberduas ianuas per quas ingrediatur vel egrediat. Illic intemeratum virginis gloriose corpus, eius post mortem ab apostolis honorifice traditum sepulture, sed tercia post die ut prie creditur assumptum fuit in celum, anime virginis beatae resurrectione unitum. Est ibi plenaria remissio.

De monte oliveti et locis sacris in eius ascensi.

Anc egressi ecclesiastae pergentes ad sinistram, venimus ad pedem montis oliveti, unde paululum ascendentibus accessimus locum illum sub rupe quadam cœcauam, ubi christus orans positus est in agonia factus est sudor eius tanquam gutte sanguinis decurrentis in terram. Ibi etiam videtur lapis super quem angelus stans confortabat eum. Inde descendentes eum iactus est lapidis, venimus ad locum ubi Christus Petrus Jacobum et Joannem reliquis dices eis, sedete hic donec vadam illuc et oram. Ibi ascendimus denno in locum illum ubi sanctus Thomas apostolus fertur cingulatum virginis gloriose accipisse dum ipsa assumeretur in celum. Inde procedentes intraimus ortum in locum ubi christus fuit caput, et ubi petrus abscondit malchio auriculam. Ibi prope ostenditur locus signatus lapidibus ubi Judas osculo christi tradidit indeis, ubi et inde ipsi resupini caderat christus interrogante et dicente, quem queritis.

Adhuc amplius ascendentes in eum pervenimus locum, unde christus videt civitatem Hierusalem in die palmarum fleuit super illam dicens, Si cognouissetis et tu reges. Inde altius scandentes illo perrexisimus, ubi angelus domini palmam dicitur virgini gloriosa deuulisse, atque diem mortis eius sibi prenunciasse reges.

Vnde paululum progressi inter ascendendum venimus in collem quendam cui non nomen est galilea. Et est locus ille de quo angelus christi annuncians resurrectionem dixit discipulis, precedet vos in galileam ibi eum videbitis sicut predixit vobis. Nam et ante passionem suam christus eis promiserat dicens, postquam autem resurrexero procedet vos in galileam, id est locum iam memoratum, non regionem galilee que longe distat a loco isto.

Tandem in cacumen montis venimus, ubi est ecclesia quedam in eo fabricata loco unde christus videntibus discipulis elevatus est in celum, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. In eadem ecclesia prope ingressum est lapis quidam super quem christus stans ascendit in celum, in quo adhuc pedum eius reicta vestigia cernuntur et presentem perdis dectri. Distat autem locus ascensionis christi ab Hierusalem leuis communibz tribus, et illic prope locus est unde mare mortuum prospici posset, ubi quondam civitates quinq; videlicet Sodoma et Gomorra et aliae stabant, cum adiacente provincia postmodum in ultione peccati contra naturam submerso. Distat vero ipsum mare mortuum

ab isto loco miliaribus septem. et tamen vix ad dimidium distare videtur.

De locis in descensu montis Oliveti.

Situm per aliā viam descendentes de monte oliveti. Primum in quandā rense
mus ecclesiā rbi sancta Pelagia requiescit. rbi etiam dum riuere rigidissimā
penitentiā et arduissimā exegit. Inde paulopost venimus in rūlla Bethphā-
ge vnde xp̄s misit duos discipulos Hierosolymā die ip̄a palmarū dices cis.

Ite in castellū qd̄ cōtra vos est: et statim inuenietis asinā alligatā rē.
Inde haud procul venimus in ecclesiā sancti Marci euangeliste. quo in loco apostoli
post christi ascensionem symbolum fidei cōdiderunt. singuli singulos articulos spiritu
haud dubium dictante diuino deponentes.

Inde iterū nō longe est alia quedā desolata ecclesia in eo loco quondam cōstructa. rbi
christus discipulis suis modū orandi tradidit dicens. Cum oratis ita dicite. Pater no-
ster qui es in celis rē. Inde paululū descendentes ad lapidez quendā venimus. sup
quo virgo gloria maria solita erat quiescere. quādo loca ista sacra frequēter peragras
atq; ducorūssime visitans sepius fatigabatur.

Postmodū ad ecclesiā sancti Jacobi minoris primi Hierosolymoꝝ episcopi descendimus.
In eo loco christus post suā resurrectionē eidem apostolo apparuit. in quo etiālo
co post mortē suā sepultus fuit. licet postea inde fuerit translatus. Nam iudei ipm ostendent
xm esse filiū dei: de pinnaculo templi precipitauerūt. et cum adhuc constanter
xm predicaret. quidā cum partica fullonis cerebri eius excusit.

Inde nō longe sepulchrū extat Zacharie p̄phete. vnde profecti in locum venimus rbi
quondam erat villa Bethsemanni.

De locis in valle sub monte Oliveti.

Antem in vallem vsq; descendimus rbi turris quedaz stat. in qua Absolon
dicitur fuisse sepultus. et ibi est magnus accruus lapidū. quia pagani via illa
transcuntes. lapides per fenestrā quandā in turrim p̄ciunt. quali exprobā-
tes et vindicare volentes eius inobedientiā et rebellionē aduersus patrē suū
dauid. quē fugatum de ciuitate persequebaf ut habetur. ij. Regum. xv. et tribus sequen-
tibus capitulis. Inde venitur in vallem Sylōe. In pede vero montis oliveti ad levam
locus ostenditur rbi Judas laquo se suspendens. crepuit medius. In huius vallis sy-
loc introitu. fons quidam satis clarus reperitur aliquantulum sub terra scaturiens. rbi
virgo gloria pannos illos se penumero lauit. quibus filium suum adhuc infantulum
inuoluit. Inde venimus ad natoriā Sylōe. ad quam christus cecum natum cum fe-
cisset lumen ex sputo et inde linuisset oculos eius misit dicens. vade et laua in natoria
sylōe. Qui abiit et lauit et venit ridens. que historia per longum texitur. Jobannis nos-
no capitulo.

Inde pergentes locum illum vidimus iuxta arborem quandā. rbi Esaias propheta li-
gneā serrā per medium sectus fuit iussu Sedechie regis. Et est ibi ortus oleruz rē. Ibi
etiam multe sunt cauerne et latibula sive receptacula. in quib; apostoli et alij sancti plu-
res ob metum iudeorum latuerunt.

Inde digressi ad agrum peruenimus Achaldemach. id est agrum sanguinis. qui em-
ptus fuit triginta argenteis mercede scilicet christi traditionis in sepulturā peregrino-
rum. et valentes tres ex illis denariis vnum ducatū. Est autē ager ille predictus quatuor
murus inclusus in modum turris. superiorius testudine cooperatus. habens foramina de-
super distincta septem. per que defunctorum corpora christianorū intus projiciuntur.
fecitq; eum sancta Helena in hanc redigi clausuram. Est autem latitudinis quinqua-
ginta pedum. longitudinis vero septuaginta duorum.

Omnibus his visitatis locis Hierosolymā reuertebamur ex itinere tanto nōnihil sati-
gati. iam enim refectionis hora instabat. qua expleta quieti fessa dedimus membra.

De transitu in Bethleem et de locis adiacen-
tibus.